voluit Spec.ti.de lega.§.nunc breuiter. Ubi
ponit caſus in qbus eſt ꝓhibita diſpẽſatio
pape: z inter ceteros ꝓhibitos ꝯnumerat
iſtum. ¶ Quo aũt ad ſcdam partem qõis.
vꝫ.vtrum dantes aliqd pape vel alteri pla
to vt bñficium eccliaſticũ ꝯſequant̃: ſint tu
ti: quo ad deum z bñficium illud ſalua ꝯſcia
retinere poſſint. Idem Abb. Panor.vbi.ſ.
ꝯcludit tñ cum Spec.d.ti.de lega. z cũ Jo.
an.in regula cui lꝫ in mercurial.qḋ.ſ.dans
pecuniam pape: vtroqꝫ caſu ligetur tã ꝯſti-
tutione diuina qꝫ papali.ſ.hoc ꝓmulgata.
Quãuis papa et non ligaret̃ conſtitutione
ſua pp diuerſas qualitates pſonaꝝ: quia ne
mo ſeipm ligare pot: vel abſoluere: de peni.
z remis.c.ſi.cum inter agentem z patientẽ
eẽ debeat diſcretio pſonaꝝ. Hec.n.ſunt cor-
relatiua: que in eadem perſona z in eodem

ſubiecto

ſubiecto non cadūt.c.ſi.de inſti.c.debitū.de
biga.⁊.c.per vr̄as.de iure patro.cum ſi.Et
ꝙ dans pecuniam vel tpale aliquid ꝓ aſſe
quendo beneficio eccleſiaſtico nullo iure ſit
tutus:nec bn̄ficius hmōi retinere poſſit:ꝑꝫ
extra de ſymo.iii.c.de regularibus.⁊ ponit
Inno.⁊ alij poſt eum.in.c.tanta.eo.ti.⁊ ali
bi ſepe. Qḋ qdem fortius ꝓcedit ſm Pan.
iu.c.i.extra eo.vendendo vel emendo epa
tum:qꝛ hꝫ maiorem adminiſtratione. Pro
quo facit.i.q.i.repiunt. Nam negari nō pōt
ſm nos ⁊ ſm ꝟitatem:quicqd dicāt Theo
logi. Quin epatus ſit ordo ſac. in eccl'ia dei:
⁊ quin maiorem hēat adminiſtratione ſpi
ritualium ⁊ clauium ptātem ⁊ executione:
q̄ꝫ alia beneficia inferiora: ꝓut cōiter poni
⁊ notari ſolet:extra de pur.cano.quotiens.
xxi.di.cleros.xxiiij.di.epi.in.c.ſeq.⁊ in ꝓhe
mio ſexti in glo in ver.eps. ¶ Nec excuſa
ret papa aut ꝑlatus alter: aſſerendo ſe non
recipere pecuniā pro re ſpūali: vel ꝓ admi
niſtratione ⁊ ptāte clauium:ſed ꝓ ꝑbenda
⁊ fructibus:ac rebus tpalibus tm̄:ꝙ ꝯcedū
tur tali beneficiato: qꝛ ꝓut.ſ.oſtenſum fuit,
vendendo vnum ꝯnexoꝝ neutrum inuen
ditum relinqtur.i.q.iij.ſiquis obiecerit:que
determinatio nō minus ꝓcedit in ꝯfirma
tione q̄ꝫ in electione: vel ꝓuiſione ꝑdictis.
Prout declarauit poſtremo conciliū Baſi
lien.in ti.de ele. Incipit ſicut in conſtruen
da domo.§.ſummum ꝟo pontifice. vbi de
creuit ꝙ pro ꝯfirmatione electionū:que ad
eum deferent,nihil penitus exigat aut reci
piat. Alioqn ſi ſecus faciendo: notorie ⁊ in
corrigibilr eccliam ex hoc ſcandaliçauerit,
futuro concilio deferat. ¶ Et idem dicen
dum vr̄ de officio eccliaſtico:modo habeat
ordinis adminiſtrationem vel clauiū exe
cutionem:ꝓut aperte ſentire vr̄. Ioā. an.ſi
bene ponderent eius dicta in.c. cōſulere.de
ſymo.in diſtinctione. de qua ibi per eum.
vbi concludit ꝙ officia eccleſiaſtica vendi
non pn̄t:ſi rōne ordinis competūt clericis,
ſine labe ſymonie, ſentiens hoc ideo eſſe:qꝛ
ordinis executio vendi vr̄: ⁊ idem repio te
nere.glo.in.d.c.ſiquis obiecerit:dum dicit
ꝙ ſi fructus ꝓueniunt rōe ordinis: quis ad
eccleſiā vel ordinem pecunia ꝓmoueri nō
pōt,nec licite emit:qꝛ tunc ꝑſumitur emere
eccleſiam vel ordinem: ⁊ ſic eius executio
nem,quod non licet.

## Cardinalatus.

Quid aūt dicendum ſit de Car
dinalatu: qui officium nudum
vr̄ ſine adminiſtratione ordis:
vel executione clauium ſm ali
quos. Cum potius verſetur in
ꝯſulendo:⁊ gubernando. Ro. eccleſiam in
adiutorium ſummi pontificis: ad inſtar ſe
natus Romani.xcvj.di. Conſtantinus.q̄ꝫ
in ptāte clauiū.no.in cle.ne romani. de ele.
no. Inno.in.c.cum te.de re.iudi.⁊ per doc.
in.c.ad ꝓbandum.extra eo.ti.⁊ alibi.Sine
et ad inſtar ꝑfecti vrbis.cui ſm alios ſucce
dere dn̄r:vt dixit glo. in.l.i.§.item ſolent.ff.
de offi.ꝑfe.vrb.Et aliqbus qdem dicendus
vr̄:varijs medijs non alr̄ cōmitti ſymoni
am in hmōi officij Cardinalatus venditio
ne:q̄ꝫ in reliquis beneficijs ⁊ officijs eccle
ſiaſticis. ¶ Primo qꝛ non ſolum ſunt con
ſiliarij ⁊ gubernatores eccleſie: ſed ſunt ele
ctores. Ro.pontificis vt in.c.in nomine do
mini.xxiij.di.extra de elec.li.⁊ in.c.vbi pe
culum.eo.ti.lib.vj.⁊ in cle. romani.eod.ti.
Ergo vendendo officium vel dignitate car
dinalatus,vendi principalr̄ vr̄ ptās eligen
di Ro.pontificem:qḋ eſt ꝑncipale munus
huius dignitatis,⁊ ꝑꝑ hoc vēdi videretur
donum dei. Pro quo multum faciunt que
dicta fuere.ſ.circa electionem pape per pra
uitatem ſymoniacam:⁊ que dicta fuere cir
ca titulos beneficioꝝ. ¶ Scḋo qꝛ vendēdo
officium iſtud,in ꝯntiā eſt vendere epatus,
abbatias:⁊ pinguiora beneficia eccleſie dei:
qꝛ ſtatim ꝙ quis creatur Cardinalis pro
honore tante dignitatis neceſſario ditatur
hmōi beneficijs.Et ꝓpterea ſi officium ſeu
dignitas iſta venderetur:multi ꝯcurrerent
ad genus iſtud mercimonij: ⁊ non curarēt
expendere:cum quaſi certo ſciāt ſe poſt po
teſtatem electionis:hanc quoqꝫ bn̄ficioꝝ cō
moditatem ⁊ exuberantiam oīno aſſecutu
ros fore. ¶ Tertio ex eo vr̄ ꝓhibitū,qꝛ ne
gari non pōt:quin ſit officium eccleſiaſticu
hn̄s ordinis ⁊ clauium executionem:qꝛ Car
dinales promouentur ad certos titulos ec
cleſiaꝝ ⁊ ꝑ illos titulos denolantur:vt i.c.
coram.⁊ qḋ ibi no.de ele.De multiplici au
tem ſignatione huius verbi titulis hr̄ bōa
glo.in.c.dudum.il.ij.de ele.in ver. vtranqꝫ
illaꝝ intitulatā:cum itaqꝫ oēs Cardinales
hēant titulos ſui Cardinalatus:vel epales:
vel ſacerdotales. In qbus: vt plimum alaꝝ
cura.Et ſic executio ordinis ⁊ ptās clauiū:
conceditur, quinimo ipſi Cardinales hn̄t

in titulo ſuo ⁊ in eccleſijs ſubiectis eidē ti-
tulo iuriſdictionem epalem: Unde hn̄t cor-
rectionem ⁊ ptātem fulminandi cenſuras
eccleſiaſticas ⁊ cetera que ſunt iuriſdictiōis
epalis: tex. eſt qui non eſt alibi. ⁊ ibi no. per
ſcribentes in. c. hijs q̄ extra de maio. ⁊ obe.
et per Jo. monach. et alios. in. c. i. eo. ti. lib.
vj. per Inno. ⁊ ſequaces in. c. cum dilectus.
de capel. monach. ¶ Quod tn̄ dici conſue-
uit de titulis epoꝝ ⁊ pſbyteroꝝ Cardina-
lium tn̄: qꝛ (ſm aliquos) Diaconi Cardi-
nales de iure non hn̄t titulos. extra de te-
ſta. Raynutius de cōſue. cum venerabilis.
Ponit Cardi. in cle. ne romani. de ele. ⁊ in
. c. coram. et in. c. querelam. eo. ti. Sed etias
quo ad eos contrarium apparet: tpibus no-
ſtris: qꝛ non tn̄ habēt titulos ipſi Diaconi
Cardinales: ſed eis dātur tituli parrochia-
lium eccleſiaꝝ vrbis: vt eſt videre in titulo
ſcē Marie in porticu: ſcē Marie in coſmo
din: ſancte Marie in via lata: et in alijs pli-
bus. Quos hodie tenent Diaconi Cardi-
nales. Cum ergo hmōi tituli Cardinaliũ
habeant annexas eccleſias epales: parrochia-
leſqꝫ: hn̄tes curam aiaꝝ executionem ordi-
nis et ptātem clauium: vt dixi: et in quibus
hn̄t iuriſdictionem epalem: tā tacite q̄ꝫ ex-
preſſe. Non miꝝ vr̄. Si dicatur non alr̄ in
his, q̄ꝫ in alijs beneficijs et officijs eccleſia-
ſticis cōmitti ſymoniam: cum ſupmam di-
gnitatem et adminiſtrationē gerāt in hac
militanti eccleſia. Nā ꝫ lꝫ cōiter dicatur: qḋ
epi rōne ordinis ſuppmum culmē gradus
eccliaſtici tenent in eccleſia: cum in ipſa nō
poſſit reperiri maior dignitas. Qua rōne
etiam papa ſe epm̄ appellat, cum hoc dica-
tur potius eſſe culmen dignitatum, vt no.
in locis ſalleg. et in pꝛhemio ſexti. in ver.
epſ. Attn̄ qꝛ Cardinales gerūt maius offi-
cium et maiorem hn̄t adminiſtrationem:
et cis ſint pars corporis pape: cū ex ſeipſis
cōiter papam eligāt: ppea ſhonorantur: vt
no. Bar. in. l. i. §. ſiquis. ff. de appel. et glo. ij.
q. vij. in. c. quāqꝫ. ¶ Quarto qꝛ iſta digni-
tas: ſiue officium Cardinalatus eſt inſtitu-
tum de iure diuio ex genere Leuitico: put
pbari vr̄ ſꝫ Abb. panor. in. c. per venerabi-
lem. qui fil. ſint legi. in. iiij. col. Ergo vr̄ qḋ
etiam ex diſpenſatione pape tale officiū ſeu
dignitas ſine labe ſymonie vēdi nō poſſit.
Qꝛ hoc eſſet etiā vendere donum dei per
iura ſ alleg. ¶ Quinto et vltimo: qꝛ put ſ
diximus in alio pꝛpoſito papa non poteſt

id facere, ppter qḋ denigretur vel decolore-
tur ſtatus eccleſie. i. q. vij. c. et ſi illa. no. in. c.
et ſi xp̄s. de iureiuran. et in glo. xl. di. ſi pa-
pa. Sed hoc faciendo tota eccleſia ſcandali-
zaretur eiuſqꝫ ſtatus denigraretur. Qḋ de
ſe pꝫ: qꝛ vt ſ late clareqꝫ oſtendimus: ſymo-
niaci excōicati ſunt, redduntur icapaces et
inhabiles tam actiue q̄ꝫ paſſiue: et beneficia
vel officia talr̄ acquiſita non pn̄t retinere:
ſed eis priuati ſunt eo ipſo. ergo ⁊c. ¶ De
alijs aūt officijs eccleſie: vt puta de cuſtodi-
bus templi: vel reꝝ aliaꝝ ſacraꝝ et ſpūaliū:
et hmōi. Ponit gnālr̄ Jo. an. Abb. Panor.
et alij in. c. conſulere: de ſymo. Ubi per il-
lum tex. qui optime facit ad hoc: inferunt:
qḋ ſymonia non ſolum cōmittitur emēdo
bn̄ficia: ſed ēt officia hn̄tia adminiſtratio-
nem reꝝ ſpiritualium ⁊ eccleſiaſticaꝝ: licet
cōiter dicant: qꝛ tunc ſit ſymonia qꝛ phibi-
ta. Et remittunt de his adminiſtrationibus
ad id qḋ late hr̄. ij. q. iij. ſaluator. Sed ego al-
le. meliorem tex. i. q. iij. c. i. quem ēt ſ deduxi:
per quē tex. mihi pbaſ: qꝛ vendere iſta offi-
cia eccleſiaſtica phibitum ſit iure diuino:
teſtante Malachia. c. i. Et ſic qꝛ iſta ēt p pa-
pam vendi non poſſint ſine labe ſymonie.
Quod ēt adduci pōt ad id qḋ dcm̄ fuit de
officio Cardinalatus ⁊c. quicqd circa hoc
dicaſ per doc. qui pro cognitione huius du-
bij diſtingūt poſt Jo. an. qꝛ qdā ſunt ſpūa-
lia ſm eſſentiam ſuam. Et hoꝝ qdem: que-
dam ſunt incorporalia ⁊ quedam corpora-
lia. Incorporalia non poſſunt vendi: etiam
de facto: qꝛ non cadunt in eſtimationē, con-
uentionem: vel pactum: vt ſunt ſacra: ordo:
⁊ dona ſpūs ſci: ⁊ ptās clauium ⁊c. de qui-
bus hr̄. i. q. i. c. i. vbi bona glo. Corporalia āt
lꝫ de iure vendi non poſſint, de facto qnqꝫ
vēdunſ: non tn̄ ſine labe ⁊ vitio ſymonie:
exemplum in reliquijs ſcōꝝ: vt in. c. i. ⁊ ij.
de reliq. ⁊ venera. ſancto. Quedam ſunt ſpi-
ritualia per cām: vt ſunt ſacra eccleſie, ⁊ ſtri-
cte ⁊ late ſumpta: qꝛ ſacra ſunt ſpūalia rōne
cauſe efficiētis, cum per ea grām pſeq̄mur.
Et iſta qdes inq̄ꝫtum ſunt corporalia de fa-
cto etiam vēdunſ: non tn̄ ſine ſymonia: vt
eſt in baptiſmo: eucharestia: criſmate: ⁊ hu-
iuſmodi: vt in. c. non ſatis. ⁊ in. c. cum ī ec-
cle. de ſymo. Quedam ſunt ſpūalia rōe ſta-
tus: vt in religione ⁊c. ⁊ de his dicem̄. vt in
. c. dilectus. ⁊ in. c. veniens. eo. ti. Quedā vo-
cantur ſpūalia eo qꝛ dependent a poteſtate
ſpūali, vt in. c. ad aures. extra eod. Ubi tra-

ctatur

ctatur de abſolutione ab excōicatione q̄ vē di non pōt ſine ſymonie vitio. Quedā alia ſunt ſpūalia rōne officij: vt in.c.ad nr̄as.eo.ti. Nec in iſtis iteruenire pōt aliq̄ vēditio. ¶ Generalr̄ aūt in hac materia dicen̄.eſt: ꝙ quicqd cōpetit clico rōne ordinis, vt cuſtodire ecclias: pulſare cāpanas: hoſtia claudere: ⁊ apperire: eccleſie cereos deferre, vrceolos in ſacrificio miniſtrare, ⁊ hmōi que cōpetunt rōne minoꝝ ordinum: vendi nō pn̄t. Et fortius ea que cōpetūt rōne ordinū ſacroꝝ, cum dependeāt: ⁊ ꝯnexa ſint, vel q̄ſi rebus ſpūalibus ⁊ ſacris. Sicut dicimus de ꝓbenda: beneficio eccleſiaſtico: ⁊ iure decimandi. Quedam ēt dnr̄ ſpūalibus annexa: q2 ꝺputata ſunt ad vſum reꝝ ſpūalium: vt ſunt calices. vaſa ſacra: veſtes ſacerdotales, ⁊ vt eſt ius patronatus ſm̄ quoſdam. Et certū eſt ꝙ cum hec oīa annexa ſint ſpiritualibus ſimplr̄ vendi non pn̄t: niſi eoꝝ natura alteret̃: vel eoꝝ vſus ſupprimat̃: mutet̃, vel quaſi per execratiōem tollat̃: aut in tranſlatione bonoꝝ alioꝝ ꝓphanoꝝ ꝯfundant̃: ⁊ transferant̃. Prout cōiter dici conſueuit de iure patronatus: vt hr̄ in.c.i. ⁊ in.c.de iure vero. ⁊ in.c.ex lr̄is.extra de iure patro. Et per hec colligi pōt, qd dicendum vbi daret̃ pecunia pro magiſterio cerimoniaꝝ, pro hoſtiario, pro ſacriſta, pro acolitatu: pro ſubdiaconatu, ⁊ hmōi officijs, de q̄bus hr̄.i.q.i.in ſum.ꝫ ver.heſitari. in.d.c.ſaluator. ⁊ in.c.ex multis. ¶ Itē quid ſit vbi dat̃ pecunia pro diſpenſationibus: pro abſolutionibus pctōꝝ ſacr̄alibus: pro indulgētia plenaria: ⁊ hmōi. De q̄bus per diuum Tho.in 4°. di.xxv. Et an miniſtrantes ſacramenta eccleſiaſtica pecunias recipe poſſint. Ponit idem Tho. 2ª ſcde.q.centeſima.ar.ij. Ubi dicit no.ꝙ ſacr̄a noue legis ſunt maxie ſpūalia, inq̄ꝫtum ſunt cā ſpūalis gratie, que ꝓcio eſtimari non pōt: ⁊ eius ratiōi repugnat: ſi non dant̃ gratuito. Debent tn̄ Miniſtri eccleſie dicta ſacr̄a populis miniſtrantes ab ipſis de tpalibus bonis eoꝝ ſuſtentari. Iux. illud Apl̄i.p°. ad Corinth.ix. Neſcitis q̄m qui in ſacrario opant̃ q̄ de ſacrario ſunt edunt: ⁊ qui altari deſeruiunt: cum altari participant: ⁊.I. Quis paſcit gregem? ⁊ de lacte gregis non manducat? Eſt ergo dicen̄.ſm̄ eum: ꝙ accipere pecuniam pro ſpūali ſacr̄oꝝ gr̄a: eſt crimen ſymonie, qȯ nulla conſuetudine pōt excuſari, q2 ꝯſuetudo non preiudicat iuri nāli, vel diuino.

¶ Per pecunias aūt intelligit̃ omne illud cuius ꝓcium pōt pecunia eſtimari, vt inqt Phs in.iiij.ethi. Accipere aūt aliqȯ tpale ad ſuſtentationem: eoꝝ qui miniſtrāt ſacr̄a ſm̄ conſuetudinē locoꝝ ⁊ eccleſie approbatam: non eſt ſymonia, neq3 pctm̄. Cum nō ſummat̃ tāq̄ꝫ ꝓcium ſacr̄i vel mercedis: ſed tanq̄ꝫ ſtipendium neceſſitatis, vnde dicit glo. Auguſtini ꝫ illud ad Thi.v. Qui bene ꝓſunt ꝓſbri ⁊c. accipiant Miniſtri ſuſtentationem neceſſitatis a populo. Mercedes diſpenſationis a dn̄o. Pro q̄bus bene facit tex.in.c.aplicam.de ſymo.vbi populus cōpellit̃ per eꝑm ſeruare laudabilem ꝯſuetudinem circa exequias in retribuendo clericis ⁊c. ¶ Inq̄ꝫtum aūt ꝫ dicebat̃ de annexis ſpūalibus, ſubdit idē Tho. ea.q.ar.iiij. ꝙ aliquid pōt eſſe annexum ſpūalibus dupliciter. Uno modo ſicut eſt ex ſpūalibus dependens: ſicut hēre beneficium eccliaſticum dr̄ eſſe ſpūalibus annexum: q2 non cōpetit niſi hn̄ti officium ⁊ ordinem clericalem. Unde nullo modo eſſe pn̄t ſine ſpūalibus, ⁊ ppea vnum ſine altero vendi nō poteſt: qȯ nullo modo l3. Quedā aūt ſunt annexa ſpūalibus: inq̄ꝫtum ad ſpiritualia ordinant̃: vt ius patronatus qȯ ordinat̃ ad pn̄tandum ad beneficia eccleſiaſtica: ⁊ vaſa ſacra: que ordinant̃ ad ſacr̄oꝝ vſum. Unde hmōi non ꝓſupponunt ſpiritualia. Sed potius ea tpis ordine ꝓcedunt. Et ideo aliquo modo vendi poſſunt: maxime cum alterāt̃ur, vt ꝫ. Non tn̄ inq̄ꝫtū ſunt ſpiritualibus annexa. Et de ijs quidem ſatis ſuperq3 dictum ſit. Cum equo longius ex curioſa quadam indagine vagati ſimus.

¶ Quo certo loco ꝯcilium ꝯgregandū ſit.

Quoniam igit̃ ex ꝓmiſſis ſatis abunde conſtitit. Quibus ex cauſis concilium congregari pōt: ſucceſſiue vidēdum erit: quo certo gn̄ali vel particulari loco concilium celebrandum ſit. Q̄ȯ quidem duplicem hꝫ poſitiōem. Et quoad primā: quo.ſ.ad locum vlēx gn̄alr̄ dici poſſet: diſtinguendo tpa: ꝙ tpe priſco hoc videbat̃ eſſe arbitrarium, q2 vbicunq3 patribus maioribus viſum fuiſſet: ipſis illuc ꝯuenientibus, ⁊ alijs conuocatis: ibi celebrabat̃ concilium. Uerꝫ tn̄ eſt: ꝙ ſi diligenter conſyderētur antiq̄ cōcilia: ⁊ loca vbi celebrata fuere.

Satis manifeſte conſtabit: ciuitates ꝛ loca
inſignia: que annona ꝛ rebus ad victus cō
uenientium neceſſarijs abundarent ad hu
iuſmodi celebrationes conciliorum ſemp ele-
cta fuiſſe. Habito in primis reſpectu ꝙ ea
in ꝓuincia concilium ꝯuocaret, in qua he-
reſes ꝛ cauſe alie pp quas ꝯgregabat: vige-
bant. Ut eo facilius errores extinguerent:
ꝛ oīno tollerentur: quo antidota ꝛ pene eis
adhibite magis note ꝛ familiares eēnt, his
qui morbo ꝑdicto laborabāt: quibus reſpe-
ctibus totiēs in ciuitate Cōſtantinopolita
na: Toletana: Lugdunen̄. Arelaten̄. Afri-
cana: Carthaginen̄. ꝛ Romana apud Late
ranum concilia acta fuiſſe ꝯſpicimus: vt ꝑ
condemnationem vnius hereſiarche: vel fa
cinoroſi hoīs: oīum ſequacium: qui incon-
uincibiles fidei catholice rōnes intelleriſ-
ſent, vulnera ſanarent. ¶ Sed quo ad tpa
nr̄a dicēdum eſt: put ꝫ. dcm̄ fuit. In titulo.
Qn̄ ꝯcilium vſe celebrādum ſit: vbi addu-
xi decretum concilij Conſtantien̄. Qꝺ inci
pit frequens. In quo ſtatutum fuit: qꝺ Pō-
tifex per menſem ante finem cuiuſlibet cō-
cilij ipſo ꝯcilio approbante ꝛ ꝯſentiente: lo-
cum futuri concilij: deputare teneretur, vel
qꝺ in eiuſdem pontificis defectum: conci-
lium locum ꝺputaret. Unde ꝯcilium tunc
pro futuro primo cōcilio: ciuitatem Papie
deputauit: vbi nondum congregatum exti
tit. Quo autē ad locum particularem: gn̄a
liter dici pōt: qꝺ concilia ꝛ quicunqꝫ alij
tractatus: quos de rebus eccleſiaſticis ꝛ fi-
dei catholice fieri opꝫ, in eccleſijs vel locis
deo dicatis celebrari debēt: vel faltē i aliq-
bus alijs locis congruis ꝛ honeſtis, illis ꝓ-
ximis. ff. q ij. ꝑceptum. xxiij. q. viij. ꝯuenior
circa medium. Ibi cām dei agendam i ec-
cleſia quis abnuat: ſiquis confidit, huc veni
at: ꝛ ꝫ. ad Impatores pallatia ꝑtinent. Ad
ſacerdotes eccleſie. Et ſi allegaretur ꝓ ꝯrio.
tex. in. c. ſexta ſynodus. xvj. di. vbi dr̄ qꝺ cō-
cilium vſe: de quo ibi: celebratum fuit i pal
latio Conſtantini Impatoris: ꝛ non in ec
cleſia. Rn̄. qꝺ illud non hꝫ tollere regulam.
qꝛ non negatur qn ex cā alibi quoqꝫ celebra
ri poſſit. Nam: vt inqt Cardi. ibi concilium
ꝑdictum celebratum fuit i Secretario pal-
latij: de ꝯſenſu patrum ea potiſſime cā: qꝛ vt
conſtat ex antiquis ruinis eccleſie tunc erāt
parue ꝛ minime capaces ad tantam ꝯgre-
gationē: cum tunc non eſſent in eo ſtatu in
quo nunc ſunt. Poteſt ēt reddi alia cauſa.

Qꝛ dictum pallatium erat: put eſt, q̄ſi con
nexus Baſilice Lateranen̄. Et ppea dixi ꝫ.
Uel ſaltem in aliqbus alijs locis ꝯgruis ꝛ
honeſtis. ¶ Locus aūt congruus ſm Jo.
an. ꝛ Gemini. poſt eum. in. c. cum ꝑſone. de
priuilegijs. in. vj. dr̄ ille qui non ſit turpis:
vel inhoneſtus: vt eſſet ꝓſtatus. Et eo dici
poterit magis congruus: quo eccle vel epi
ſcopatui fuerit vicinior, put ē pallatiū La-
teranum. In quo vt Rome in vulgo ē: cō-
cilia vt plurimum celebrabant. ¶ Et ꝙ cōci-
lia: electiones: ꝛ hmōi tractatus in eccleſijs
fieri ꝯueniat: induci pōt tex. no. xxiij. di. i. c.
in noīe dn̄i. ꝛ in. c. qꝺ ſicut extra. de elec. ꝛ
in. c. cum terra. eo. ti. vbi bona glo. Nec ob-
ſtat tex. in. c. decet. de imunita. eccle. lib. vj.
Ubi formalr dr̄. Ceſſent in locis illis vni-
uerſitatum: ꝛ ſocietatum quarumlibet con
ſilia: conciones: ꝛ publica parlamēta: qꝛ ſm
gl. ꝛ doc. ibi. Illud intelligit de tractatibus
laycorum quibus iſta fieri ꝓhibent in eccleſi-
is: pbat extra eo. ti. c. i. ¶ Immo intm̄ hec
laycis ꝓhibent: ꝙ eorum ꝓceſſus ꝛ ſententie
ibidem agitati ꝛ ꝓmulgate: ſunt ipſo iure
nulle per tex. ſingu. in. d. c. decet. in vſi. ꝛ ni-
hilominus. Nec mirum ſm Jo. an. in. ſ. ꝛ. iij.
col. ibi. Referendo Ualerium Maximum
in li. ꝑ. c. i. qꝛ vt inqt ipſe apud Gentiles ad
Romanos: hoc quoqꝫ ꝓhibitum fuiſſe legi
mus: exemplo Cai. qui conſulatu Gallie: ꝛ
Scipionis qui cōſulatu Corſice pp hoc pri
uati fuere: qꝛ ſm eum parlamēta habuerūt
in templis. Quis cum bona venia tāti do
ctoris: hoc non dicat Ualerius maximus,
ſed eo. li. ꝑ. in ti. de cultu deorum. c. de tyberio
graccho: qꝺ incipit laudabile: bene refert ty
berium gracchū, qui tunc ꝓconſul erat in
Aſia: ad collegium Augurum ex ꝓuincia ſcri
pſiſſe lr̄as: qbus ſignificabat: ſe cum libros
ad ſacra ppli ꝑtinentes legeret, ſiaduertiſſe
vitio tabernaculum captum comicijs con
ſularibus: q̄ ipſe feciſſet. Eaqꝫ re ab augurı-
bus ad ſenatum relata: eius iuſſu Caius ſi
gulus ex Gallia: Scipio Naſica e Corſica
Romam redierunt: ꝛ ſe ꝯſulatu abdicaue-
runt. Niſi forte idez. Jo. an. ex hac hyſtoria
inferre voluiſſet: ꝙ Tyberius Gracchus ic
circo tabernaculum vitio cepiſſe diceretur:
qꝛ anteq̄ auſpicium caperet: verba extranea
ad augurium nō ꝑtinentia effuderit. Pro-
pter que exiſtimatū fuit ipm tabernaculum
vitio cepiſſe. Religionemqꝫ auſpicij negle-
xiſſe. Quicqd aūt ſit, verba ſua nō bn̄ huic

articulo

articulo nr̃o conuenire vident̃. Quid aũt ſit tabernaculũ vitio capere ſcribit Cicero in li. de diuinatione. Et humaniſte hoc nõ ignorant. Lʒ igit̃ in ꝓpoſito nr̃o Negocia laycoꝝ in eccleſijs tractari ꝓhibeant̃: tñ ſecus eſt de negocijs, rebus: ac perſonis eccleſiaſticis ſm Jo. an. poſt Guli. vbi ſ. Quos etiam refert ꝛ ſequit̃ Gemi. ibi. Unde ſynodum (vt dicit ipſe) in eccleſia facere: ꝛ de libertate eccleſiaꝝ: ac ď ſtatu ꝛ moribus cleri ꝛ ppl̃i reformãdis tractare ibi pñt. Scolares quoqꝫ ꝛ magiſtrari. De fide diſputare, ꝛ ſimilia ibidẽ facere non ꝓhibent̃. extra de magis. c. i. cum ſcia ſanctiſſima res ſit. ff. de vari. ꝛ ex̃ordi. cog. l. i. §. eſt qdẽ. Item vt dicunt ꝑdicti doc. vbi ſ. ſi layci vellent ibi ſpũalia tractare: vt eſſet de celebranda: vel honoranda feſtiuitate beate v̾ginis Marie, vel aliquam ꝯfraternitatem faciendo in honorẽ Dei: aut alicuius ſancti: vel de pace, et inter laycos cõponenda, hec ꝛ hmõi nõ interdicunt̃ eis ex mente dicte cõſtitutionis. Per que oia pʒ concilia ipſa tam a clero q̃ꝫ populo ꝯgregari ac celebrari poſſe ꝛ debere potius in eccleſijs q̃ꝫ alibi: ꝑmiſſis non obſtantibus, lʒ per hoc non tollatur. Quin in alijs quoqꝫ locis congruis ꝛ honeſtis: maxime ex cauſa celebrari poſſint ꝛc. prout ſupra dictum extitit.

## ❡ Qui ſpecialiter aut generaliter ad concilium ſint vocandi.

SEquit̃ vt videamus qui ſint illi, qui ſpãlr aut gñalr ad cõcilium vocandi ſunt. Ex quibus vl̃r concilium conſtituatur. ꝛ lʒ doc. in. c. graue. extra de ꝑben. vbi cõiter hoc ꝓſequuntur: diſtinguendo tria gñ̃a concilioꝝ varie loquant̃: Attñ ne vnica ꝛ confuſa ſuppoſitione: ꝑplexitatem generemus, relatis principalioribus opinioibus eoꝝ: quid tenendum ſit faciliter, vt arbitror: aſſequemur. Inno. qui ibi meliorẽ circa hoc gl. q̃ꝫ alibi poſuit. ſm Jo. de imo. dicit in ꝓncipio q̃ ad ꝯcilium ꝓuinciale vocãdi ſunt tm̃ epi: ꝛ nõ alij ar. xviij. di. in. c. q̃m qdẽ. in. c. eps. in. c. placuit: in. c. ſi eps metropolitanus. ꝛ i. c. p eccl̃iaſticas. ꝛ paulo. ĩ. dicit q̃ capl̃a cathedralium eccleſiaꝝ tunc ſunt vocanda ad concilium prouinciale: cum de eoꝝ facto agitur. de his que ſi. a ꝓla. c. vlti. alias autes vocanda non ſunt: niſi de honeſtate, vel pp cõſilia ipſoꝝ. lxiij. di. obeuntibus. ❡ Ad epãlem autem ſynodum vocandi ſunt ſm eum Abbates, ſacerdotes, ꝛ oĩs clerus ciuitatis ꝛ dioceſis p epm. xviij. di. decernimus. Jo. an. idẽ fere dixit de prouinciali ꝛ epãli cõcilio. Dicit tñ q̃ lʒ ſm Inno. ad concilium prouinciale vocandi ſint tm̃ epi: tñ q̃ ſi alij quoqꝫ veniant ſm Hoſti. admittendi ſunt: vt. d. c. ſi. de his que ſi. a ꝓla. vel admittuntur in caſibus de qbus ſ. per ipſm Inno. vʒ. Cum de factis eoꝝ agitur: aut de hõeſtate: vel cus ipſoꝝ ꝯſilio opus eſt. d. c. obeuntibus. Ad ſynodale v̓o vel epãle ſm ipſm. Jo. an. vocãtur: Abbates: Sacerdotes: ꝛ totus clerus ciuitatis: ꝛ dioceſ. xviij. di. decernimus. ꝛ circa hoc ſe remittit ad plene no. de maio. ꝛ obe. qđ ſuper his Abb. Pan. dicit ꝛ bñ: q̃ non repitur iure deciſum. Nec doct. vel glo. ſpecifice attingũt hanc mãm: q̃ ipſe viderit. vʒ. qui debeant intereſſe concilio generali. Dicit tñ ſe de hoc dicturꝝ deo duce in diſputatione per eum nouiſſime fienda. Et quo ad concilium ꝓuinciale: qđ ſic dr̃, q̃ repñtat vniuerſam eccl̃iam ꝓuincie: intereſſe debent ſm eũ epi ꝓuincie. xviij. di. per to. ſed multum dubitatur de capl̃is eccleſiaꝝ cathedralium. Et lʒ Inno. videatur tenere q̃ de neceſſitate non ſint vocanda: niſi ſpãlr eoꝝ interſit: tñ ſibi dr̃ tex. in ꝯriũ in. d. c. ſi. de his que ſi. a ꝓla. De concilio ſynodali: vel epi tranſit cum alijs: ſed de concilio gñali dicit ipſe q̃ Inno. ꝛ ceteri: tranſiuerunt ſicut Muſipula ſuper prunas. Jo. de imo. in. d. c. graue. in. vj. col. vſi. circa ſm membrum. Concludit circa concilium generale: q̃ epi ꝛ ꝓlati ſupiores totius orbis vocandi ſunt ad hoc concilium. Alij vero nõ videntur neceſſario vocãdi: lʒ poſſent et alij ꝓlati vocari: ſi Pape videretur ad qđ ſm eum facit qđ hr̃. xv. di. c. i. Ad id autem qđ dr̃ q̃ in concilio ſynodali totus clerus ciuitatis ꝛ dioceſis intereſſe dʒ: dicit ſane intelligẽdum. vʒ. dũmodo talr̃ ꝓuideatur: q̃ eccleſie non patiantur magnũ detrimentum in diuinis. ar. eoꝝ que no. in. c. pe. de cle. non reſi. Et per ꝑmiſſa colligitur ꝯclõ doc. eorũdem: cum qbus tranſeũt fere oẽs: q̃ ad concilia ꝓuincialia ꝛ gñalia vocandi ſunt tm̃modo epi: ꝛ alij ꝓlati eoꝝ ſupiores, niſi de eoꝝ cauſis agat̃: vel de hõeſtate: aut ꝓpter eoꝝ conſilia vocarentur: cum qbus etiã cõcordare dr̃ tex. aptus. in. c. canões. xv.

di.in prin. Ibi non erat epis licētia: z.I.ibi.
Nicena ſynodus.cccviij.epoꝝ. cū duobus
verſi.ſeq.qui de epis tm̄ mētionem faciūt:
z cōcordat. tex.I.diſti. in.c.ſiqs diaconus.
z tex.ea.di.in.c.ſcā romana. Sed ꝯ pmiſſa
facere vꝛ tex.in.d.c.canone.in verſi. Quar-
ta ſynodus: ibi.ccl.x. ſacerdotum. z tex.i.c.
ad apſice.de re.iudi.in.vj.vbi Inno. iiij. ꝑ
teſtat ſe conuocatuꝝ fuiſſe ad concilium ꝑ-
latos: Reges: z Principes tam eccleſiaſti-
cos ꝗ̄ ſclares: z tex.in.c.in ſynodo.lxiij.di.
Ubi hꝛ ꝙ Leo Papa cōgregauit Rome ſy
nodum cum oī clero z Pplo Ro. Et tex.
in.c.nunc aūt.xxj.di. Ubi Impator conci-
lio interfuit: z tex.in.c. hadrianus. lxiij.di.
Ubi Karolus Rex Franchoꝝ conciliū ge-
nerale conſtituit: z cum Hadriano Papa
conuocauit tex. in.c.nos ad fidē.xcvj.diſt.
Ubi Impator.in.vij. Calcedoneñ.concilij
actione dicit hec verba. Nos ad fidem con
firmādam non ad potentiam oñdēdā exē-
plo religioſiſſimi Principis Cōſtantini ſy
nodo intereſſe volumus. Qd̄ qdem dicere
vꝛ non tāꝗ̄ inuitatus ſed iure ſuo ꝓꝓ̄:pp
verbus volumus: qd̄ liberā voluntatem de
notat: de quo in cle.i.de offi.vica. Et ꝑ pre-
miſſis facit ēt tex. in.c.ad ſedem. xxxv.q.v.
vbi Papa dicit. Nos vo deo annuēte hāc
qōnem diſcutere curauimus in ſynodo ha
bita in Lateraneñ. Conſiſtorio conuocatis
ad hoc opus epis z clicis atqꝫ iudicibus di
verſaꝝ ꝓuinciaꝝ tex.in.c.in noīe dñi.xxiij.
di.vbi dꝛ pſidente Rev°. ac btiſſimo Papa
Nicolao in Baſilica Lateraneñ. Patriar
chij que cognominat Conſtantiniana. Cō
ſidentibus ēt reuerēdiſſimis Epis: Abba
tibus: Preſbyteris: Diaconibus z c. Et tex.in
.c.anaſtaſius.xix.di.vbi hꝛ ēt mētio d epis z
pſbyteris z clericis totius eccleſie catholice.
Pro qbus ēt facit tex.in.c.olim.xcv.di.vbi
dꝛ: ꝙ lꝫ eps ex inſtitutione eccleſie ſit maioꝛ
pſbris. Tñ oēs debent regere ecclīam i cōi.
Per que oīa iura ipugnari vꝛ ꝯclō doct. de
quā ſ. Dum volunt ꝙ ſoli epi z plati eoꝝ
ſupiores vocari debeant ad conciliū. Et in
ferri vꝛ: qd̄ imo in cōcilijs ꝓuincialibus z
gnālibus alij quoqꝫ inferiores clerici z lay
ci vocandi ſint z interuenire poſſint. Et ꝯ
dictam ꝯclōnem doc. facere ēt vꝛ ꝙ qꝛ con-
cilium vle ecclīaꝫ catholicam oīum fidelium
repñtat.xv.di.ſicut in ſi. Nā eccleſia nihil
aliud eſt ꝗ̄ collectio fidelium. de con. di.iij.
eccleſia. Pro quo bene facit qd̄ xp̄s deus nr̄:

veſtigās hanc eccleſie vlis quoꝝcūqꝫ xp̄ia-
noꝝ vnitatem dixit Jo.xvij.c. Ibi Pater
ſancte ſerua eos in nomie tuo quos dediſti
mihi, vt ſint vnum ſicut z nos: z.I.ibi non
ꝓ eis aūt rogo tm̄: ſed z pro eis qui credi-
turi ſunt per vbum eoꝝ in me: vt oēs vnū
ſint ſicut tu Pater in me: z ego in te: vt z
ipſi in nob vnū ſint z c. Ergo cū in concili
is agatur de reformatiōe ecclie totius orbis
z oīum catholicoꝝ: oēs vocari deberent: qꝛ
qd̄ oēs tangit ds ab oībus approbari. de re
gu.iur.in.vj.in.c.qd̄ oēs. Pro Regibus itē
facit ſpālis rō: qꝛ Reges quoqꝫ vident pſo-
ne eccliaſtice. Cum ex pcepto dei in veteri
teſtō z hodie i nouo oleo ſcō vngant, extra
de ſacra vnctio.c.i.vij.q.vij. Itē cū Balaā.
Que oīa colligit Abb. Pan. in.q.ſua.inci-
pit eps z qdam Rector: in.ij. dubio pnci-
pali, z ponit.d. Alexādrinus in.c.canones.
xv.di.lꝫ de Abba.non meminerit. Tandē
idem Abb. deſcendendo ad ſolonē huius
heſitationis z difficilis dubij, vt inqt ipſe:
lꝫ aſſerat ſe in aliqua iuris parte nō repiſſe
ſcribētes hoc examinaſſe: qꝛuis ſit valde ne
ceſſarium: cum iura circa hoc varie loquā
tur: vt pꝫ ex pmiſſis. Et ppea dicit ꝙ in cō-
cilio Senis habito tpe Martini Pape an
no xp̄i. Mccccxxiiij. Cum hmōi caſus diſce
ptandi de facto accidiſſent varij varia di-
cebant: ſed nihil circa hoc determinatum ex
titit. ¶ Quare diſtinguendo inter clicos z
laycos. Dicit ipſe ꝙ quantum eſt, reſpectu lay
coꝝ: eſt glo.magra.in.c.vlti.de his que ſi.a
pla.que dicit laycos non dēre intereſſe cō-
cilijs eccleſiaſticis: niſi in tribus caſibus.
Pmo vbi ſpālr inuitant. alle.c.hadrianus.
lxiij.di.in ſi. Scdo vbi agit de fide.xcvj.di.
verſi.nās. Tertio ſi tractat de matrimōio:
ꝙ cum tales cauſe eos tangāt: pñt intereſſe.
alle.xxxv.q.vj.ad ſedem.ſed dicit Jo.an.in
d.c.ſi.ꝙ in pdictis caſibus itereſſe poterūt
vt audiant: non aūt vt iudicent: vel vt do-
ceant.lxij.di.docendus. Item dicit ꝙ ad p
dicta non eſt neceſſe laycos vocari: qꝛ ibidē
diffinienda poterunt poſtea eis in pdicatio
nibus publicari: que pdicatio fieri pōt ēt ex
cōicatis de ſen.excō. riſo. Subdit tñ ꝙ lay-
ci pñt ad concilium accedere pro iuſtitia pe
tenda vel defendenda, de iudi. nouit. Pro
quo alle. Panor. tex. opti. in.c.i.de ſponſa.
In eccleſiaſticis aūt negocijs z clicoꝝ cor-
rectionibus ſunt layci excludendi ſm eum.
ar.in.c.meſſana.de ele. z expſſius i extrauagā.
Bonifacij.

Bonifacij. de offi.ordi.que incipit. debent.
Et cum his dictis. Jo.an.tranſeunt cōiter
ſcribentes ſm Abb. Pan. Qui dicit ſe re-
periſſe glo.in decretis. deuiātem a iudicio
Bar.⁊ Jo.an.in.c.hadrianus.lxiij.di. Qui
dicit ꝙ ad cās matrimoniales layci qñqȝ
inuitant̄,⁊ ſic intelligit.d.c.ad ſedem. Jn
cauſis aūt fidei dicit ꝙ layci interueniūt ēt
non vocati.alle.d.c.vbi nam. Et ſic vult ꝙ
in cauſis matrimonialibus nō ſit ſpāle cū
non interueniant: niſi vocati ⁊ iuitati. Jn
cauſis v̓o fidei vult ꝙ interſint iure ꝓprio.
Et in hoc deuiat̄ vr̄ a iudicio Jo.an. Sibi
vero gn̄alr̄ dicendum eſſe vr̄: ꝙ vbi in con
cilio tractanda ſunt negocia eccliaſtica: vel
ad iuriſdictionem ecclie ſpectantia: ꝙ non
ſit neceſſe vocari laycos: qꝛ ptās diſponendi
de his data fuit clicis ⁊ non laycis. Jn pſo
nas Petri Apl̄oꝝ ⁊ ſucceſſoꝝ ſuoꝝ: ⁊ facit.
c.ecclia.de cōſti. ⁊ tex.in.c.bene qdem.xcvj.
di. ꝓbat̄ ēt ꝟ in iuribus pro parte negatiua
inductis: ⁊ maxime in.d.§.hinc ēt: ⁊ expſſi-
us in.d.c.veniam.cum tex.ille excipe videat̄
cās fidei dūtaxat. Et ſic in alijs ſatis vr̄ fir-
mare regulam in oppoſitum.xxiiij.q.vij.
dn̄s. Ad idem tex.in.c.ſatis euidenter. ⁊ be
ne facit.c.pncipes.xxiij.q.v.vbi dr̄ ꝙ i ec-
cleſia non eſt neceſſaria ptās ſclaris, niſi in
defectum: vt qđ non valent efficere ſacerdo
tes ſermone doctrine: ptās ſclaris impet ꝑ
terrorem diſcipline. Jn cā aūt fidei cum.ſ.
tractat̄ de fide immutanda: varianda: vel
interꝑtanda: alr̄ qꝫ vſqꝫ tunc declaratum
fuiſſet. Quia in alijs caſibus negociū fidei
eſſet ꝓpe negocium eccliaſticum: vt vr̄ tex.
in ſumi.xvij. di.§.hinc ēt. ⁊.xcvj.di.§.ſatis eui
denter. Jdem Panor.vbi ꝟ diſtinguit. Et
dicit ꝙ ſi qritur nūqd ſint vocādi ꝑ ecclias:
credit ꝙ nō, qꝛ ptās diſponendi de his eſt
plene penes ecclia: ⁊ eſt cā mere eccliaſtica:
q̄ nec directe nec idirecte ad laycos ꝑtinere
pōt: cū ipſe tn̄ hēat executionē ad petitiōes
ecclie: vt no. ſingulr̄.in.c.inqſitionis.§.ꝓhi-
bemus.de hereti.li.vj. Nec poſſent ipſi pu
blice vel ꝑuate de fide diſputare.c.ij.§.inhi-
bemus.eo.ti.⁊ li. Si v̓o layci ſe ſponte offe-
runt in cā fidei: tunc debent admitti. ⁊ ita
ꝓpe loqtur tex.in.d.c.vbi nam.et ita intelli
git Abb.glo.in.d.c.hadrianus. Et tunc ſi
admittant̄ non putat ipſe Abb. ꝙ ſimplr̄
audiant: vt dicit Jo.an. Sed ꝙ ēt conſulāt
et dicant eoꝝ opiniones et erunt in tracta
tibus, ſed non decident, et ſic loqui vr̄ tex.
in.d.c.vbi nam.vbi ſolū ſit mentio de tra-
ctatu, qui eſt diuiſus et ſeparatus a deciſio
ne vt in.c.tua et in.c.ſi. de his que ſi. a ꝑla.
et in.c.vlti.de his que ſi.a maio.parte.capi.
Et ꝙ layci poſſint intereſſe tractatibus: fa-
cit rō. ¶ Quia cū iuxta verbum xp̄i fides
in ecclia deficere non poſſit. Poterit forte
melius reuelari ⁊ remāere penes vnū ſim-
plicem laycum: qꝫ penes centum clicos: ſi-
cut in ſola vgine Maria remanſiſſe dr̄ tp̄e
paſſionis xp̄i. Pro qua facit.d.c.ad ſedem.
vbi layci tractarunt cauſas mr̄imoniales.
Sed tn̄ clici poſtea: vt dcm̄ fuit: hn̄t decide
re: qꝛ populus docendus eſt ⁊ non ſequen-
dus.d.c.docendus.lxij.di. Habebunt ġ lay
ci in cauſis fidei vocem ꝯſultiuam: ſed non
deciſiuam. Jn alijs aūt negocijs ſi inuitan
tur hēbunt vocem ꝯſultiuā vel deciſiuam.
Quatenus eis permittatur per concilius.
¶ Papa.n.pōt eos facere capaces iurium
ſpūalium ⁊ maxime poteſtatis vocis dāde:
vt in.c.hadrianus.lxiij.di.⁊ in.c.i ſynodo.
centeſima.diſt.⁊ le.⁊ no.ij.q.vij Mēnam.
Quinimo Papa pōt dare layco ptātes ex-
cōicandi: vt no.gl.xxij.di.c.veꝝ.⁊.xcv.di.c.
bene.⁊ Jo.an.in.c.ij.de ꝑben.lib.vj. Et ita
intelligit Panor oia iura: que dicūt laycos
conciliis interfuiſſe: vt loquant̄ per inuita-
tionem: put aptiſſi. probat tex. iuncta glo.
in.d.c.vbi nam. Ubi dicit papa: ꝙ non le-
git Jmpatores vel alios Principes ſclares
interfuiſſe tractatibus: niſi in cā fidei. Qđ
videret̄ falſus cū i pl̄ibus alijs cauſis lega-
mus eos interfuiſſe: vt ꝓbāt iura que ꝟ ad
ducta fuerunt pro ꝯrio. Unde dicit glo. ꝙ
bene inter fuerunt ſed inuitati ⁊ nō iure ꝓ-
prio. Et ſic ꝓbat ille tex ſm Panor. ita itel
lectus ꝙ in cā fidei intereſſe poſſint iure ꝓ
prio, per quam rōnem vr̄ ꝯcludenter re-
ſpōderi multis iuribus q̄ allegari poſſent
in ꝯrium. ¶ Quo aūt ad Jmpatorem cū
pl̄a concilia appareant celebrata fuiſſe eius
iuſſu. Dicit ipſe Panor. ꝙ illud ꝓceſſit ſm
tp̄a illa antiqua. Quibus non erat facultas
chr̄ianis tute in vnum ꝯueniendi: vt dicit
tex.xv.di.c.canones. Sed poſteaqꝫ cōſequti
fuerunt libertatem ſimul ꝯueniēdi: ſtatutus
fuit vt ſine auctoritate Pape ſynodus gn̄a
lis nullo modo congregari poſſet.xvij.di.
per to.vbi eſt bona glo. in ſum. Que dicit
ꝙ ſynodus vl̄is conſtituit̄ a Papa ⁊ ep̄is:
⁊ nihil dicit de laycis. Jdē ēt ꝓbat tex. iun
cta.glo.in.c.ꝯcilia ſacerdotū.ea.diſt. Addit

tñ Abb. Panor. vnum: q vbi ↄciliũ vellet
diſponere de rebus laycoꝝ ſupra q̃s patiat
iuriſdictio eccleſiaſtica, q tunc layci: ſeu ſaltẽ
eoꝝ Principes conuocari deberent. Et ſic
dicit ſe intelligere dicta. Inno. in. c. ſi. d fer.
⁊ de con. diſt. iij. c. i. ſac. de. ij. de cenſi. Et ita
poſſet ſaluari mens glo. dicit ipſe. in. d. c. ſi.
de his q̃ ſi. a pla. Nec obſtat id qđ dr̃ q Re
ges non videnť puri layci pp vnctiones: q
iſtud eſt falſum: cum pp hoc nullum ordiẽ
eccleſiaſticum recipiant: vt hr̃ in. c. i. de ſacra.
vnctio. ⁊ in. c. ij. de ꝑben. in. vj. vbi per Io.
an. in nouella. Et per hec concluſum vr̃ pri
mum membrum heſitatiõis quoad laycos.
De qbus ⁊ aliis mãm iſtam tangentibus
repetunť ꝑmiſſa. Ĩ. in ti. Qui in cõcilio ſint
vocales: vbi latius q̃ões ꝑmiſſas: ⁊ ſiles
videre poteris. ¶ Quãtũ aũt Abb. pan.
Quo ad Impatores q tpibus priſcis non
tm̃ interfuerunt: ſed ẽt ꝑfuerunt cõciliis ge-
neralibus. Cum illa ſua opi. tranſeat in aſ-
ſcribendo hoc tpm difficultati ⁊ Impato-
rum ꝓhibitioni. Quia. ſ. non erat licentia
xp̃ianis ↄueniendi in vnum. Attamen hec
ſolutio non bene tollere vr̃ ↄriũ cõciliorꝝ
non ſolum antiquoꝝ. Sed ẽt nouiſſimoꝝ,
quibus Impatores ſemper fere interfuiſſe
legimus. Et ne longe exempla petamus in
Conſtantieñ. interfuit Sigiſmundus tunc
electus Imptor Rex Romanoꝝ. Conſtan-
tinus Impator Florentino interfuit. Cũ
tñ nedum de fide: ſed de moribus, de refor-
matiõe eccle: de depoſitione Pape: ⁊ crea-
tione alterius in eis actum fuerit. Qua re
cum nullibi ↄrius iure cautũ inueniamus:
cum in oĩbus fere cõciliis hoc ſeruatũ fuiſſe
conſuetudo doceat: fateri quaſi opꝫ: q idem
Imperator vti eccle aduocatus ⁊ ꝓtector
oĩno vocari dẽat cũ aliis Regibus ⁊ prin-
cipibus chr̃ianis: ẽt q de eoꝝ negociis nõ
agereť, qđ ꝓbare vr̃ tex. ĩ. c. ad apſice. de re.
iudi. in. vj. Non qdem vt vocales ſint: niſi
hoc eis concilium concedere vellet: honoris
⁊ condecentie grã: ſed vt eccleſie ⁊ concilio
aſſiſtant: vt illud protegãt atq; defendant:
vt chr̃icolas alios ꝑſertim ipſoꝝ ſubditos
eoꝝ exemplo doceant ad obedientiam ⁊ re
uerentiam ꝑſtandã concilio alliciant. Et ꝑ
hac qdem mea conſyderatione mihi bene-
facere vr̃ tex. in alle. c. ꝑncipes. xxiij. q. v. Dũ
dicit qđ principes ſclares nonnunq; intra
eccliam ptãtis adepte culmina tenent: vt ꝑ
eandem ptãtẽ diſciplinas eccliaſticam mu-
niant. Nam intra eccliaſ ptãtes neceſſarie
non eſſent: niſi vt qđ non ꝑualent ſacerdo-
tes efficere per doctrine ſermonẽ: poteſtas
hoc imperet per diſcipline terrorem. Sepe
enim per Regnum terrenum celeſte regnũ
proficit: vt qui intra eccleſiam poſiti ↄ̃ fidẽ
⁊ diſciplinam agunt: rigore principum cõ-
terranť ⁊c. Et ꝑfecto (vt dicaꝫ qđ ſentio)
ſatis vereor: qđ niſi hoc ſolido ⁊ imobili fun
damento Antidotoq; vteremur: ⁊ niſi in
conciliis nr̃is Impatoris: ac alioꝝ Regum
⁊ Principum chr̃ianoꝝ auctoritas ⁊ prote
ctio interueniret: paꝝ decoris: obedientie
⁊ maieſtatis ſimplex clicoꝝ ↄgregatio aſſe-
quereť. Duo. n. ſunt, quibus principalr̃ iſte
Mundus regiť: auctoritas ſacra Põtificũ:
⁊ regalis ptãs: vt ingt tex. xcvj. di. duo ſunt:
⁊ vt ingt glo. i. di. humanum genus regitur
iure nãli ⁊ moribus tanq; auctoribus. Ac
iſtis duabus ptãtibus ſpũali. ſ. ac tpali tãq;
inſtris: vnde ⁊ duo gladij: de qbus in euan
gelio. Matth. xvj. per eos repn̄tanť: quorũ
contẽplatiõe dixit tex. xxiij q. v. res cõs. qđ
res alr̃ tute eẽ non pñt. Niſi que ad diuinã
confeſſionem ptinent: ⁊ Regia ⁊ ſacerdota
lis defendit auctoritas. Ex qbus colligi po
teſt ꝑdictam conſyderationem rõne nõ ca
rere: q: ſi conciliũ eccleſiam vlem repñtat:
ꝓut ↄ̃. dcm̃ extitit. Ergo quaſi neceſſario cõ
cludiť: qđ vtraq; ptãs reſpectu ſaltẽ ꝑmiſſo
rum: interuenire debeat: vt plenum ⁊ vene
randum cõcilium dici poſſit: Propter que
dixerim ego Imperatores: Reges ⁊ Prin-
cipes: non citandos: ſed inuitandos: rogan
dos. ⁊ compellendos fore: vt oĩno concilio
interſint: ꝓut ẽt ſentire vr̃ gl. ĩ. d. c. vbi nã.
xcvj. di. in vſi. interfuiſſe. Pro qua bene fac̃
tex. per eam alle. in. d. c. hadrianus. lxiij. di.
cum multis ſi. que adduci poſſent. Sed de
hoc articulo quoad laycos ſatis dictum ſit.
¶ Quo ad clicos võ dicit idem Panor.
qđ de ꝑlatis ⁊ clericis inferioribus põt ma
gis dubitari: cum multũ varie iura loqnť.
Sed in hoc alle. glo. valde no. xvij. diſti. in
ſum. que dicit: qđ vle cõcilium dr̃ illud qđ
Papa vel eius Legatus conſtituit cũ oĩbus
ep̃is. Et ſic vult apertiſſi. qđ alij ꝑlati infe-
riores de neceſſitate non ſint vocandi. Et
quatenus illa glo. dicit de Legato pape in-
telligitur ad hoc hñte ſpãle mandatũ: alias
ſecus vt no. glo. in. c. ij. ea. di. ⁊. iij. di. §. por-
ro. Sed vt ingt idẽ Panor. Iſta materia
concilij vlis non eſt bñ diffinita ꝑ maiores
nostros.

noſtros. Et ſi illa glo. poſuerit opi. ſuam: tñ nihil inducit: nec rñd. ad infinita ꝯria ſ. ad ducta: imo ipſemet gloſator in. c. cõuenienti bus. i. q. vij. dicit ꝙ Abbates ⁊ ſic ꝓlati inferiores debent intereſſe concilio: ſi ſecus dicat de Monachis ſimplicibus. ⁊ in. c. conci lia. xvj. di. ſentit cum prima gl. in ſum. faciẽ do mentionem de ſolis epis: ⁊ idem ſentit in. c. nec licuit. xvij. di. in glo. ij. Ubi et ꝓſequit ad quẽ ſpectet interꝑtatio conſtitutionis concilij. Concludendo aũt in hoc articulo, idem Panor. vbi ſ. ingt: ꝙ in concilio gñali ipſe diceret: ꝙ epi ſolum de neceſſitate vocandi ſunt: per iura ꝓ hac parte ſ. alle. Et idem putat de inferioribus ꝓlatis hñtibus epalem iuriſdictionem: vt ſunt magni Abbates: qḋ vltimum ꝓbare vr̃ tex. in. c. cõ uenientibus. i. q. vij. Ubi qdam Abbas tenuit locum pape in concilio: ⁊ multi Abbates alij dederunt vocem deciſiuã: queãdmodum fecerunt epi: qḋ de alijs inferioribus nõ legit: ad idem facit tex. in. c. hadrianus. ij. lxiij. di. vbi dr̃ ꝙ ſynodus illa fuit celebrata a centum q̃draginta tribus religioſiſſimis epis ⁊ Abbatibus. Et ſic Abbates exꝑerant epis. Ubi vero legeret inferiores dicos in concilio fuiſſe: intelligendũ eſt ſm eos ꝙ ſpãlr fuerint inuitati: ſicut ⁊ layci qñqꝫ inuitant: put ſ. dcm̃ extitit. Qḋ aũt ad concilium gñale regulr̃ non inuitent niſi epi. no. Inno. ⁊ alij. in. d. c. graue. de ꝓbẽ. ⁊ ꝓbat in. c. ſicut olim. de accuſa. ⁊. xvij. ⁊ xviij. di. quaſi per to. ſi de caplis ecclia⁊ cathedralium: quoad concilium ꝓuinciale ⁊ a pari q̃ ad gñale: dubitet: vt no. in. c. ſi. de his que ſi. a ꝓla. Ergo forte ad conciliũ gñale de neceſſitate alij vocandi non ſunt: cus eadem rõ que eſt de toto ad totum: debeat eſſe de parte quoad partem: vt in. c. paſtoralis §. item cum totũ. de offi. dele. ⁊ in. l. que de tota. ff. de rei vendi. Sicut. n. in factis ꝓuincie non admittunt dici inferiores ꝓuincie. Ita nec in factis vlibus totius orbis vocandi ſunt vniuerſi inferiores ipſius. Et facit rõ: ꝙ ſtatuere: iudicare ⁊ reformare ſunt de ſpectantibus ad iuriſdictionem: de rebus eccle. nõ alie. c. ſi. de accuſa. qualr̃ ⁊ qñ. Sed hmõi poteſtas iuriſdictionalis remãſit ſolum in Aplis: epis: ⁊ alijs ꝓlatis eo⁊ ſucceſſoribus: ſi a primordio oẽs ſacerdotes eccliam regerẽt: qui vocabant ſeniores. xv. di. c. i. Tñ non ita fuit paulopoſt nec hodie. Nec obſtat ſi dicat ꝙ et hodie epi vocãt ad ſynodos ſuos, dicos inferiores non hñtes iuriſdictionẽ: vt ꝑs in. c. decernimus. xviij. di. ꝙ ſm Abb. Panor. iſti non vocant ad iudicandum: ſtatuendum vel decidendu⁊: ſed ad conſulendum ⁊ vt geſta in concilio ꝓuinciali eis intiment: vt dr̃ in. d. c. ſicut olim. Item vocant vt eps ingrat: corrigat: ⁊ reformet cle⁊ ſuu⁊: ac audiat quereias ſingulo⁊: vt in. c. de cõcilijs. xviij. di. Qḋ ſi forte clerici ipſi inferiores ad ꝯcilium ꝯcurrerent: non eſſent admittẽdi: niſi ꝓut admitterent ⁊ layci: vt ſ. dcm̃ fuit: ⁊ ꝓbari vr̃ i. d. c. ſi. de his que ſi. a ꝓla. vbi ſpãlr diſponitur de caplis cathedralium ecclia⁊: reſpectu cõcilio⁊ ꝓuincialium. De qbus tñ dubitatur quoad cõcilia gñalia: vt ſ. diximus. Si qñ et conuenire poſſent: non haberent vocem deciſiuam: ſed tñ ꝯſultiuas ſm ipm Panor. vnde in. d. c. ſi. hr̃ tñ mẽtio de tractatibus. qui a deciſiõibus cauſa⁊ ſeparati ſunt. Honeſtum tñ eẽt (dicit ipſe) ꝙ ſaltem ad tractatus admitterentur: vbi deeſt copia epiſcoporum. Et ita intelligit iura omnia: vbi inferiores clerici admiſſi reperiuntur: vt. ſ. intelligamus eos de gratia fuiſſe admiſſos: vt cum maturiori conſilio ꝓcedere viderentur. ¶ Et quia ſupra diximus ꝙ Papa ⁊ concilium habilitare poteſt ⁊ conuocare etiam laycos. Idem Panor. vbi ſupra querit.

¶ An ſit in optiõe Pape vocare ⁊ admittere ad concilium vle quos vult.

AN ſit in optione Pape vocare vel admittere ad concilium vniuerſale q̃s vult. Et diſtinguit: ꝙ in his que dependent ⁊ conſiſtunt in plena ptãte Pape poterit vocare ⁊ admittere quos vult: maxime vbi concilium cõgregat propria voluntate: ⁊ non de neceſſitate eccleſie: ⁊ ſic poteſt intelligi. c. ad apoſtolice. de re. iudi. lib. vj. ſecundum eum. In alijs vero que non dependent a plena poteſtate Pape nec ab eius voluntate: vt eẽt in propria correctione vel fidei ⁊ eccleſie negocijs concernentibus vniuerſalem ſtatus ipſius: vocari ⁊ admitti deberent tantum Epiſcopi ⁊ Prelati maiores vel etiam magni Abbates: qbus data fuit poteſtas ⁊ iuriſdictio regendi eccleſiam dei.

¶ An Papa ſolus vocem conciliarem communicare poſſit.

Rec putat idẽ Abb. Panor. q ſolus Papa in hm̃oi caſibus alijs cõicare poſſet vocem deciſiuam ſine conſenſu cõcilij. Ex quo hoc caſu iuriſdictio ptinet ad ↄciliũ. ar. c. in re cõi. de reg. iur. in. vj. ⁊ in. l. ſabinus. ff. cõi diuidũ. Et facit optie qd in ſimili no. Jo. an. poſt cõpos. in. c. ſcriptum. de ele. Ubi dixit q ẽt maior pars capituli non poteſt ẽt vno reclamante ⁊ reſiſtente cõicare vocem capitularẽ non hñti: q in re cõi ⁊c. Sed bene poteſt maior pars admittere alios pro ↄſilio hñdo, ar. c. obeũtibus. lxiij. di. Et pro corroboratione pmiſſoꝝ bene facit: q Papa in concilio non eſt vt princeps ⁊ Monarcha: ſed ibi eſt vt caput eccle: ⁊ reliqui prelati: vt membra: put latius. j. oſtendet: cum de ptãte pape ⁊ concilij diſſeremus. Hec fere oia repetit ⁊ ponit ẽt. d. Alexãdrinus in. c. canones. xv. di. Q̃uis diſcurrendo per ſingulas perſonas que concilio gnali intereſſe: vocariq debẽt. Recapilogando dicat Papã ante oia in ↄcilijs debere pēſſe: cum ab eo concilium pncipium ⁊ neceſſitatem aſſumat. de elec. ſignificaſti. ⁊. xvij. di. per to. De Cardinalibus q vocãdi ſint ⁊ intereſſe debeãt ponit Hoſti. in. c. antiqua. de priuile. Et eſt rõ q collegium Pontificis Ro. conſtituunt: vt not. glo. magra. in. c. ad ſuccidendos. de ſciſma. lib. vj. Et papa ſpãle caput eſt ipſoꝝ Cardinalium: qui cenſent pars corporis ipſius. ar. C. ad. l. iul. maie. l. quiſqs. no. idem Hoſti. in. c. antiqua. ar. de his que fi. a pla. c. fi. Et eo qdem fortius q ipſi ſunt maiores plati hñtes iuriſdictionem epales in titulis ſuis. c. hij qui. de maio. ⁊ obedi. facit tex. in. c. in noie dñi. in vſi. Cardinales. iuncta gl. xxiij. di. Idem ẽt dicendum vr de Abbatibus hñtibus iuriſdictionem epalem: iuxta. c. abbates. de priui. in. vj. ⁊ in. c. i. in ver. ppaij. de reb. eccle. non alie. ¶ Et fortius de electis epis nondum conſecratis: cum in hoc attẽdat iuriſdictio epalis. c. tranſmiſſa. ⁊. c. ſuffraganeis. Ubi ẽt per panor. ex de elec. pro quo glo. in cle. i. de fo. compe. ⁊ glo. in cle. i. de reli. domi. que ita intellr. ¶ Patriarche quoqs pſertim illi quatuor principaliores: de quibus in. d. c. antiqua. ante oia ſunt vocandi ⁊ venire tenentur ad conciliũ. Marime aũt ⁊ fortius tenerentur: ſi ꝓprias ſedes tenerent: cum ipſi de iure pmum locum in eccla Dei teneant: poſt Ro. pontificem: vt vr in alle. c. antiqua. Et ego late poſui in libello meo. De pſtantia patriarchaꝝ: facit ꝓ hoc. xvj. di. hco libꝝ. ⁊. i. q. vij. ↄueniẽtibus. ¶ Item citãdi ſunt primates ⁊ Archiepi. xvij. di. hinc ẽt. ¶ Epiſcopi quoqs vt dcm̃ extitit: ⁊ ꝓbatur extra de iureiurã. ego. n. xv. xvj. ⁊. xviij. di. quaſi per to. ¶ Nec non magni Abbates hñtes iuriſdictionẽ epalem. lxiij. di. hadrianus. ⁊. d. c. ↄueniẽtibus. iuncta glo. Qd ẽt ſentit Archidi. i. q. i. §. ſed hoc intelligẽdum. Si aũt ex his aliqui ipediti forent: ita q perſonalr venire non poſſent, tunc mittere tenenẽ legatos: vel ſolẽnes nuncios ſuos: q eoꝝ loca teneant. Pro ut. j. ſuo loco latius dicet: ⁊ hr i. c. ad aplice. de re. iudi. lib. vj. ⁊ no. in. c. fi. de his que fi. a pla. ¶ Fallit tñ hec gnalis ⁊ cõiter approbata regula, in epis ⁊ alijs platis hereticis: vel ſciſmaticis, q illi non ſunt vocandi ad pſidendum vel decidendum: ſed ad ſe purgandum: ⁊ defendẽdum. xxiiij. q. iij. cũ quibus. Et rõ eſt q tales ſunt. extra gremium eccle: ⁊ ppea conſtituere non pñt vniuerſitatem catholicoꝝ: que per concilium repreſentatẽ, ſed tanq̃ oues morboſe ⁊ ↄtagioſe ſpernendi ſunt ⁊ non debẽt admitti: ne totũ ouile corrũpãt. Juxta vulgatũ illd. Morbida facta pecus totum corrũpit ouile. ar. de regula. c. fi. ⁊. xxiiij. q. iij. reſecãde. Qd tñ ꝓcedit niſi hereſim abiuraſſent ⁊ ad fidem reuerſi eẽnt: vt no. Archi. in. d. c. conueniẽtibus. i. q. vij. ⁊ nihilominus ſi cõparerent ⁊ vellent eoꝝ cauſas dicere ⁊ ſe excuſare admittendi eſſent, q̃uis adhuc non eſſent cõuerſi: vt ſentit gl. i. d. c. ↄueniẽtibus. ⁊ alibi. ¶ De Prelatis vo ⁊ clicis inferioribus: dicendum eſt vt dcm̃ fuit. ſ. ¶ Quo autẽ ad Impatorem: Reges: Principes: ⁊ alios laycos: vnum dixit. d. Alexandrinus vbi. ſ. q ſi conciliũ diſponere vellet de rebus ⁊ cauſis ad eos pncipalr ſpectantibus: ⁊ ad foꝝ ipſoꝝ ptinentibus rõne deuolutionis: pp ipſoꝝ negligentiam: vel forte pp iuſtitiaꝝ denegatam: vt in. c. lȝ. de for. cõpe. q dictis caſibus ipſi layci vocãdi eſſent ad cauſas ſuas tuendas. Et ſic intelligit. Inno. in. c. vra. de loca. ⁊ in. c. fi. de offi. dele. ⁊ facit cle. ij. de cẽſi. Qd ſane tñ intelligendum eſt: vt dixi. ſ. q. ſ. vocari debeant vt partes, non aũt vt iudices: vel conſultores: aut deciſores dcãꝝ cauſaꝝ.

tauſaꝝ. ¶ Quantum aũt ad cõicationẽ vo
cis concilij ſubdit idem.d. Alexandrinus:
ꝙ vbi Papa non intereēt concilio:vel vbi
ſedes apoſtolica vacaret:ꝙ inferiores prela
ti:vel minores clerici aut layci:etiam p con
cilium admitti non poſſent ad vocem deci
ſiuam:niſi accederet conſenſus oĩum ⁊ ſin-
guloꝝ hñtium de iure vocem deciſiuam in
cõcilio:Iuxta no.per Io.an. poſt compoſ.
in alle.c.ſcriptum de elect. Qd tñ intelligit
veꝝ:niſi de legitima conſuetudine alr eſſet
introductum ⁊ obtentum:q: tunc conſuetu
do ſeruanda eēt ſm eum.ff.de legibus.l.de
quibus.⁊ de conſue.c.fi. ſed gequid dixerit
ipſe:q: non video dñiam in hoc vtrum pa-
pa pñs ſit vel abſens: vel vtꝝ ſedes apl̃ica
vacet vel non. Ex quo ſupponimus ꝙ papa
in concilio non ſit vt princeps ⁊ Monar-
cha:ſed potius vt caput iunctum cum cor-
pore totius eccl̃ie. Et ꝙ ipſe ſolus habilita-
re non poſſit ad vocem deciſiuam per tex.
⁊ no.in.d.c.ſcriptum. Ex quo idem.d. Ale-
xandrinus:nihil inducit qd hoc ꝓbet. Ego
ſimplr ſtarem his que ſ. dicta fuere. Maxie
q: videmus ꝙ Archidiaconus vel alius ha
bens maiorem dignitatem in.c.hoc nõ po
teſt.nec ēt epũs hoc poſſet. per rõnem dicte
Regule:qd oẽs tangit ⁊c. ¶ Vocãdi item
ſunt ad concilium vt iudicent: non aũt vt
iudicent heretici:ſciſmatici: ⁊ rei quicunqꝫ
citati vel denunciati aut inqſiti. De cauſis
pſertim grauibus ⁊ ad concilium ſpectanti
bus:vt cõpareãt ad ſe excuſandum ⁊ defen
dendum. Cum nemo inauditus ⁊ indefen-
ſus condẽnari debeat:cu9 defenſio ſit de iu
re nãli que tolli non põt: etiam per princi-
pem:maxime ſine cã:vt hr̃ ⁊ no.i cle.paſto-
ralis.de re.iudi.⁊ in concor.

¶ An Epiſcopi ⁊ Prelati omnes ſingu-
lariter ad concilium vocandi ſint.

COnſequẽs nunc eẽ vr̃. vt que
rat̃: nunquid Epĩ: ⁊ Prelati
oẽs pdicti: quos ad conciliũ
vocandos eẽ ⁊ intereſſe poſſe
pdiximus. De neceſſitate ſin
gulariter vocandi ſint: ad hoc vt conciliũ
integrum ⁊ legitime congregatum dici va
leat. In quo qdem articulo doc. ſatis ſicco
pede tranſire vident̃: ⁊.d. Alexandrinus
poſt alios in.c.gñalia.xxvij.di.in princ. Re
ferendo.d. Cardi.ʒabarel.dicit expſſe ꝙ nõ
eſt de neceſſitate concilij gñalis ꝙ oẽs Epĩ
conuocent̃. Qd ꝓbat exemplo cõcilioꝝ pri
ſcoꝝ.de qbus.xv.di.in.c.canones. xvj.di.in
.c.ſynodus.⁊ ſeq. Vbi dr̃ ꝙ Nicena ſyno-
dus: que fuit prima vl̃is : fuit trñ. cccxviij.
epoꝝ. Scda Conſtantinopolitana.cl. Ter-
tia Epheſina pᵒ.cc. Quarta vo Calcedonẽ.
que maioris fuit numeri ꝙ̃ alia: que hacte
nus fuerit quã ſexcentoꝝ Patrum fuiſſe le
gimus: Quinimo gñalia concilia qñqꝫ cele
brata fuiſſe annotant̃:que.lxxvij. Epos tã-
tum habuere:ſicut ꝓbat̃.xvij.di.in.c.conci
lia ſacerdotus.§.hinc ēt:vbi ēt ponit̃ ꝙ Ar-
chiepiſcopus Mediolaneñ.p et deinde Ar
chiepũs Rauẽnas cu3 alijs epĩs ſubſcripſit.
⁊c. Per que ipſe ⁊ alij nõnulli doc. Neothe
rici inferunt ꝙ neceſſe non ſit vocare oẽs
epos totius orbis:cu3 nuſꝙ̃ legamus epos
oẽs alicui concilio interfuiſſe:ſed cum bona
venia tanti doctoris ⁊ dñi mei:ac aliorum
ides aſſerentium. Non bene rñdent ad ꝓ-
poſitã qõnem. Nam aliud eſt qrere: quot
epĩ vel plati interfuerint:aut intereſſe debe
ant cõcilio vl̃i . Quo forte caſu rñderi vel
argui poſſet per exempla inducta: aliud eſt
petere. Nũquid oẽs epĩ ⁊ maiores plati to
tius orbis neceſſario vocandi ſint ad cõci-
lium vl̃e:⁊ ppea dicta vel alia exempla ſilia
non tollunt heſitationem pdcãm: vnde.d.
Io.de turre crema.qui fuit Cardinalis ſcĩ
Angeli:de ordine pdicatoꝝ, in ſum.ſua de
eccl̃ia.lib.iij.c.xvj.cum duobus ſeq.aſſumit
articulum:⁊ arguendo ad partes. Tandes
concludere vr̃ in.c.xviij.ꝙ ls de cõgruo oẽs
epĩ qui habiles ſunt ⁊ intra vnitates eccl̃ie
